Ephraem Syrus; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite 18



Væ autem mihi tunc misero, qui omni tum fiducia destituar: & quid agam in extremæ illius necessitatis, quæ vitari non poterit, articulo? Beati atque felices, qui tunc cum fiducia ante Judicem statuentur, & de manu Domini sanctam mercedem accipient. At væ illis, qui minimis levissimisque de causis tunc confundentur. Quæ enim (ut clarius rem explicem) excusatio poterit esse ei, qui vel ob vanam gloriam, vel arrogantiam atque pertinaciam, vel inobedientiam, vel gulam, vel ob petulantiam, vel loquacitatem, vel superbiam, vel complacentiam, sive jactantiam, aut ob invidiam, aut contentionem, aut iracundiam, aut contumeliam, aut calumniam detractionemve tunc accusatur? Quam excusationem afferet, qui ob minima ista tunc accusabitur? Quod tibi lucrum vel voluptas ex istis esse poterit? At quæ difficultas, ista vitare? Quæ cum ita sint, vos hortor obtestorque, fratres, ne quis vestrum propter aliquod ejusmodi tunc damnationis sententiam audiat: nam a gravioribus quidem peccatis ac vitiis vos temperare novi. Sed ista, quæ parva apparent ac levia, unusquisque negligere, ac spernere solet, putans non esse reddendam eorum rationem. Quamobrem per ejusmodi nos perdere quærit Diabolus: id enim efficit, ut unusquisque nostrum ea, tamquam nullius momenti sint, negligat. Omni ergo diligentia ac studio contendite, ne in illis irretiamini; sed vobis ipsi sedulo cavete, ut cum Christo sempiterna gloria fruamini: cui sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## EJUSDEM SANCTI PATRIS EPHRAEM SYRI

### REPREHENSIO SUI IPSIUS, ATQUE CONFESSIO.

FRatres, compatimini mihi, qui commiserationis habetis viscera: non enim
Proverb. 18. otiose divina dixit Scriptura: Frater, qui adjuvatur a fratre, quasi munita atque alta civitas: nam fundati regni instar fortis est
Jacob. 5. ac potens. Alibique rursus: *Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem, ut sanemini*. Accipite ergo cohortationem, electi Dei, ab eo, qui decrevit atque promisit quidem placere Deo, sed mentitus est factori suo; ut supplicationibus vestris liberer a peccatis, quæ me complectuntur ac detinent; sanitatique restitutus, exsurgam e lecto tabifici peccati: quoniam ab infantia factus sum vas inutile atque abjectum. Et nunc de judicio audiens, nihili facio, tamquam offensis ac culpis omnibus superior; aliosque dum mea admonitione ab inutilibus deterreo, hæc ipsa duplo

A Οὐαὶ δὲ ἐμοὶ τότε, ὅτι ἀπαῤῥησίαστος μέλλω παρίστασθαι· καὶ τί ποιήσω ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς ἀπαραιτήτου ἀνάγκης; Μακάριοι ὅσοι τότε μετὰ παῤῥησίας παραστήσονται τῷ Κριτῇ· οἵτινες μέλλουσιν ἀπολαμβάνειν τὸν ἅγιον μισθὸν ἐκ χειρὸς Κυρίου. Οὐαὶ δὲ τοὺς τότε αἰσχυνομένους δι᾽ ἐλάχιστον, καὶ μηδαμινὸν πρᾶγμα. Οἷόν τι λέγω· Ποία ἀπολογία τῷ διὰ φιλοδοξίαν ἐγκαλουμένῳ,
B ἢ δι᾽ αὐθάδειαν, ἢ διὰ παρακοὴν, ἢ δι᾽ ἀνυποταξίαν, ἢ γαστριμαργίαν, ἢ διὰ περπέρειαν, ἢ διὰ πολυλογίαν, ἢ δι᾽ ὑπερηφανίαν, ἢ δι᾽ αὐθεντίαν, ἢ δι᾽ ἀλαζονείαν, ἢ διὰ φθόνον ἢ ἔριν ἢ ὀξυχολίαν, ἢ διὰ λοιδορίαν, ἢ συκοφαντίαν; Ποία ἀπολογία τῷ διὰ ταῦτα τὰ ἐλάχιστα μέλλοντι ἐγκαλεῖσθαι; Ποῖον κέρδος ἢ ποία ἡδονὴ ἐκ τούτου προσγίνεταί σοι; ποῖον δὲ βάρος ταῦτα φυλάξαι; Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς,
C ἀδελφοὶ, μηδενὶ τούτων τις ὑμῶν κατακριθῇ. Περὶ γὰρ τῶν βαρέων ἁμαρτημάτων, εὖ οἶδα κρατεῖν ὑμᾶς· ἀλλὰ τούτων, ὡς ἐλαχίστων, ἕκαστος καταφρονεῖ, νομίζων μὴ εἶναι ἔτασιν τούτων· καὶ διὰ τούτων ἁλίσκει ἡμᾶς ὁ Διάβολος· ποιεῖ γὰρ ἕκαστον ἡμῶν καταφρονεῖν ὡς μηδαμινῶν. Ἀλλὰ σπουδάσατε μὴ ἐν τούτοις ἁλίσκεσθαι· ἀλλὰ πάσῃ φυλακῇ τηρήσατε ἑαυτοὺς, ἵνα σὺν
D Χριστῷ δοξασθῆτε, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΦΡΑΙΜ ΤΟΥ ΣΥΡΟΥ

### ΕΛΕΓΧΟΣ ΑΥΤΩ ΚΑΙ ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΙΣ.

E ἈΔΕΛΦΟΙ, συμπαθήσατέ μοι, σπλάγχνα ἔχοντες οἰκτιρμῶν· οὐκ ἀργῶς γὰρ εἴρηκεν ἡ θεία Γραφή· ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρὰ καὶ ὑψηλή· ἰσχύει δὲ ὥσπερ τεθεμελιωμένον βασίλειον. Καὶ πάλιν λέγει· ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰς ἁμαρτίας, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων, ὅπως ἰαθῆτε. Δέξασθε οὖν παράκλησιν, ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ, παρὰ τοῦ συνθεμένου
F Θεῷ εὐαρεστῆσαι, καὶ ψευσαμένου τῷ ποιήσαντι αὐτόν· ὅπως διὰ τῆς ὑμῶν ἱκεσίας, ῥυσθῶ τῶν περιεχουσῶν με ἁμαρτιῶν, καὶ ὑγιὴς γενόμενος, ἐγερθῶ τῆς κλίνης τῆς φθοροποιοῦ ἁμαρτίας· ὅτι ἐκ παιδιόθεν ἐγενόμην σκεῦος ἄχρηστον καὶ ἄτιμον. Καὶ νῦν ἀκούων περὶ τῆς κρίσεως, καταφρονῶ, ὡς ἀνώτερος πλασμάτων καὶ ἐγκλημάτων ὑπάρχων· καὶ ἑτέρους νουθετῶν ἀπέχεσθαι τῶν ἀνωφελῶν, ταῦτα ὑπ᾽ ἐμοῦ τῷ

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0266
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg